



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Patientia duplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

afictionem meam, & reddat mihi Do-
 minus bonum pro maledictione hac
 hodierna. Vnde Glossa super hoc di-
 cit. Qui uerborum contumeliis praef-
 sus uirtutem patientiae seruare non suf-
 ficat, factum Domino ad memoriam
 reuocet. Et Matt. Beati eritis cum
 maledixerint uobis homines, & dixe-
 rint omne malum aduersum uos men-
 tientes, &c. Secundo in molestis cor-
 porum. Matt. si quis percuterit te in
 dexteram maxillam tuam, praebere ei &
 alteram. Tertio in damnis rerum. Matt.
 Qui uult contendere tecum, & tuni-
 cam tuam tollere, praebes ei & palium.
 De hac patientia Apostolus commen-
 dat quosdam ad Heb. dicens. Rapinam
 bonorum nostrorum cum gaudio sus-
 cepistis, cognoscentes uos habere
 meliorem, & maiorem substantiam, &c.

Patientia duplex.

Prima est seruilis, quando al-
 quis timore discipline, uel cau-
 sa erubescens sustinet asper-
 tatem & disciplinam religionis, & non timore dei. Et haec non est patientia, se-
 cut dicit Greg. Patientia uera est, quae
 & ipsum amat, quem portat; non tole-
 rante, & odisse non est uirtus mansuetudi-

nis, sed uelamen furoris, & hæc so-
 let esse cum murmure propter defe-
 ctum unctionis gratiæ, sicut rota plau-
 stri murmurat cum uncta non est. Ec-
 clestiasticus. 33. Precordia stulti quasi.
 R. C. Secunda patientia est, libera, si-
 licet quæ libenter sustinet omnia a-
 more dei. Vnde Paulus. Tribulatione
 patimur, sed non angustiamur, sicut
 per impatientiam. Act. 5. Ibant Apo-
 stoli gaudentes à conspectu concilij,
 &c. Et hæc est uera patientia de qua
 dicebat Paulus ad Heb. Patientia
 enim uobis necessaria est, &c.

2. Co, 4.

Act. 5.

Heb. 10

*Perseuerantia bona sunt
 quinque.*

Primū est, quod impetrat à deo
 quod postulat. Luc. Si perseuera-
 uerit pulsans, & si non dabit ei,
 eo q̄ amicus eius sit, propter improbi-
 tatem tamen eius surget & dabit ei
 quot quot habet necessarios. Gregor.
 Quæsiuit Maria Magdalene prius,
 & minime inuenit, perseuerauit ut quæ-
 reret, unde contingit ut inueniret.
 Secundum est, quod perseuerantia bo-
 na acquisita custodit, sicut imperseue-
 rantia destruit. Prou. Qui mollis &
 dissolutus est i opere suo, frater est sua

Luc. 11

Gregor.

Pro. 18.